



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amoris proximi incitamenta sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITV TIO. 33

cum quis frigescit à solitudine, &
amore Dei. Vnde Gregorius San- Greg.
stus dicebat. Tanto frigescit quis
à curis seculi, quanto surgit arden-
tius in amorem Dei.

*Amoris proximi incitamen-
ta sunt quinque.*

P rimum est , scriptura, sicut
nos docuit Christus dicens . Luc. 10
Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. Et iterum . Mandatum no-
num do uobis , ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos . Secundum est fra- Ioan. 12
ternitas naturalis , quæ est inter o-
mnes homines. Sicuti enim Patrem
unum cōunem in cœlo habemus ,
veluti Propheta Malachias hoc te- Mal. 2.
statur inquiens . Nunquid non pa-
ter unus omnium nostrum? ita una
est omnium nostrum naturalis fra-
ternitas . Vnde pater Augustinus Augus.
dicebat . Si putamus non esse proxi-
mos , nisi qui de eisdem parentibus
nascuntur , Adam , & Euam inten-
damus , & omnes fratres sumus . Et
propterea Deus uoluit creare pa-
rentem unū de quo multitudo pro-
pagaretur , ut in hac monitione
etiam in multis concors unitas ser-

CHRISTIANA

uaretur. Tertium est fraternitas spiritualis. De qua dicebat Sanctus Augustinus. Omnes quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod christiani? Ad id quod es homo, unus Pater Adam fuit, una Mater fuit Eua; Ad id quod Christianus unus est Deus, una Mater Ecclesia. Hęc fraternitas tanto melior est fraternitate naturali, quanto melior rem habet patrem, silicet Deum.

Vnde Christus dicebat. Et patrem nolite uocare super terram, unus est enim pater uester qui in celis

Mat. 23 est. Quartum est, quia fraterna dilectio semper placet Deo. Vnde in

Ecc. 25 Ecclesiastico dicitur. In tribus placitum est spiritui meo quae sunt probata coram deo & hominibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier sibi bene consentientes. Et hoc tribus rationibus ostenditur. Prima in communiplasmatione, omnes enim ad imaginem suam creauit. Secunda in com-

Gen. 1. muni redemptione, pro omnibus namque mori uoluit, tam pro divi-

Ro. 8. tibus, quam pro pauperibus. Qui etiam proprio filio suo non peperit, sed pro omnibus nobis tradidi

Tim. 2. uoluit. dicit D. Paulus, & ad Ti-

INSTITVTIO. 34

motheum. Vnus enim Deus, unus
mediator Dei & hominum, homo
Christus Iesus, qui dedit semetip-
sum redēptionem pro omnibus.
Vnde D. Augustinus dicit. Apprehē
de proximum tuum ex hoc præcio,
^{10.15.14} Auguſt. ne tibi uileſcat. Tertia in communi-
ſuſceptione. Vnde Paulus dicebat. Tim. 2.
Hoc enim bonum est, & acceptum
coram Saluatore nostro qui omnes
homines saluos fieri uult, & ad agni-
tionem ueritatis uenire. Quintum
quia est templum spiritus sancti. Ne
ſcitis (dicebat D. Paulus) quia uos
estis templum dei, & spiritus san-
ctus habitat in uobis? Si quis autem
templum dei uiolauerit, disperdet
illum Deus. Sanctus quoque Hieron-
ymus dicebat. Verum Christi
templum, anima creditis est, illam
exorna, illam uesti, in illa Christum
ſuscipe.

*Anima fidelis dicitur templum
Dei propter ſepem.*

Primo. Quia est locus oratio-
nis. Vnde Christus docens
nos orare dicebat. Tu autem
cum oraueris intra in cubiculum tu-
um &c. id est conscientiam tuam; &

Mat. 6.